dentes. Deus qui nos a tenebris vocasti: ⁊ in hanc lucem dulcissimā adduxisti. qui nos sacrificiū tuū fecisti. aīas nrās suscipe ⁊ ad vitam eternā facias puenire. ⁊ sic truncatis capitibus ad dominū migrauerūt. Post hec iussit preses sibi Blasiū presentari ⁊ dixit ei. Uel nūc adora deos vel non. Cui Blasius. Impie non timeo minas tuas: age vt vis. Corpus enī meū penitus tibi trado. Tunc iussit eum mitti in stagnum. Ipse vero aquam signauit. ⁊ mox sicut arida fixa pmansit. Dixitq;. Si veri dij vestri sunt: ostendant virtutē eorum. ⁊ ingredimini huc. Ingressiq; stagnū sexagintaquinq; viri continuo sunt submersi. Angelus autem domini descendens dixit ei. Egredere Blasi. ⁊ coronam tibi a deo paratā suscipe. Cumq; exisset dixit ad eū preses. Omnino decreuisti non adorare deos. Aut fine vlteriori dilatione aliqua dijs sacrifica vt viuas aut sententia capitali mox te afficiam. quod vis e duob⁹ elige. Cui Blasi⁹. Cognosce miser qz xpi seruus sum: nec demones adoro. Et statim iussit eum decollari. Ipse autem orauit ad dominū: vt quicunq; pro infirmitate gutturis vel alia quacunq; infirmitate eius patrocinia postularet: exaudiri continuo mereretur. Et ecce vox ad eum de celis venit dicens ꝙ sic fieret vt orauit. Sicq; cum duobus puerulis decollatus est. Floruit circa annos domini. cclxxxvij.

## De nomine.

Agatha dr ab agios quod est sanct⁹ ⁊ theos quod est deus. quasi sancta dei. Tria enim sunt sicut dicit Crisostom⁹ que sanctū faciūt que quidem pfecte fuerūt in Agatha. s. cordis mundicia. spūssci presentia. ⁊ bonorum operum affluentia. Uel dicitur ab a quod est sine. ⁊ geos terra. ⁊ theos deus. quasi dea sine terra. id est sine more terrenorum. Uel ab aga quod est loquens ⁊ thau consummatio. quasi consūmate ⁊ pfecte loquens: quod patet ī suis responsis. Uel ab agath quod est seruit⁹. ⁊ thaos superior. quasi seruitus superior. Et hoc ꝓpter illud quod dixit. Summa īgenuitas ista est in qua christi seruitus ꝓbat. Uel ab aga quod est solennis ⁊ thau consummatio: quasi solenniter consummata. i. sepulta. Quod patet in angelis a deo de celo missis qui eam sepelierunt.

## De sancta Agatha virgine.

Agatha virgo ingenua mente ⁊ corpe pulcherrima in vrbe Cathanensium deum semper in omī sanctitate colebat. Quintianus autem cōsularis sicilie cum eēt ignobilis. libidinosus. auarus. ⁊ ydolis deditus. beatā Agatham cōprehendere nitebatur. vt qz erat ignobilis cōprehēdere nobilē conabat̄. qz libidinosus eius pulchritudine frueretur. qz auarus eius diuitias rapet. quia ydolatra dijs eam faceret immolare. Fecit quoq; eā ad se adduci. Que cum adducta eēt. et ei⁹ immobile propositum cognouisset: tradidit eam cuidam meretrici nomine Affrodisie. ⁊ nouem filiabus eius eiusdem turpitudinis: vt per triginta dies suaderent virgini consentire consulari. et eius animū immutarent. ⁊ modo promittendo leta: mō terrendo per aspera sperabant eam a bono proposito reuocare. Quibus beata Agatha dixit. Mens mea super petram solidata est. ⁊ in christo fundata. Uerba vestra venti sūt promissiones vestre pluuie sunt. terrores vestri flumina sunt. que quāuis impugnēt tamen fundamentum domus mee cadere non valebit. Hec autem dicens flebat q̄tidie et orabat: sitiens ad martirij gloriam peruenire. Uidens ergo Affrodisia ipsam immobilem permanere: dixit Quintiano Facilius possunt molliri saxa: ⁊ ferrum in plumbi molliciem conuerti ꝙ ab intentione christiana mens istius puelle reuocari. Tunc quintianus fecit eam ad se adduci. Et ait illi. Cuius conditionis es. Cui illa Non solum ingenua. sed ⁊ spectabilis ge-



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0109
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG